¶ Expoſitio ſuper

librū pſalmoꝝ regij prophete ꝑ reue
rendū ⁊ religioſum patrē: fratrē Pe
trū de Harentals: priorē Floreffien
ſem Premonſtratēſis ordinis: ex di
uerſis ſanctoꝝ codicibus induſtrioſe
collecta: feliciter incipit.

Patri reue
rendo dn̄oq; meo
chariſſimo dn̄o Jo
hāni de Arkel: du
dū traiectenſis ec
cleſie: nūc vero le
odienſi ep̄o frater Petrus prior ec
cleſie floreffien̄: indign⁹ premōſtraten̄
ordinis: īterp̄tationē ſui nominis cū
ſanctis patrib⁹ felicit̄ obtinere. Pat̄
chariſſime cū rē quālibet honeſtatis
ſplendore ꝑſpicuā ſimul ⁊ vtilitatis
fructib⁹ plenā: pia pariter ⁊ prudens
auctoritas iubere diſpoſuit: ⁊ eandē
rē humilis obedientia toto mētis an
niſu iuſſa pro virib⁹ ſuis aggredi nō
refugit. Non eſt dubitandū diuina ī
ſpiratione pietatē illam vt iuberet ꝑ
monitam: ⁊ hāc vt ꝑficiatur adiuuan
dam. Qđ reuera pius dn̄s mihi indi
gno clementer donauit experiri: q̄m
cū placuiſſ; veſtre paternitati iubere
vt ꝯpilationē ex dictis ſanctorum pa
trum venerabiliū doctorū ſuper libꝝ
pſalmoꝝ colligerem/ ſingulorū q; di
cta ꝓprijs coꝝ nominibus rubro ſuꝑ
inſererem: ad modū continue quā be
atus Thomas de aquino ſuꝑ q̄ttuor
euāgelia induſtrioſe ex dictis ſancto
rū collegit/ in volumen vnum. ſimile
opus ſuꝑ libꝝ pſalmoꝝ ex ſanctorum
floribus vt valui: nihilominus tn̄ vt
potui ſerioſe compilando ꝯtexui ve
lut ſertum miro redolens virtutum
odore: ac triplici eccleſie fructu farci
tum Caſſio. Enimuero ſicut coro
na ſuauiſſimis conſerta floribus ſpira
men efficit gratioſum. ita et hoc volu
men ſanctorum doctrina coruſcans di
uerſis virtutū fragrare ſentitur odo
ribus. mō inſtitutione ſalutari/ modo
letātium iubilatione: mō penitētium
gemitu: modo pollicitatione premio
rum/ mō terrore penarū ⁊ vbiq; laudi
bus dn̄i decoratum. Collector. De
q; ſi in eodem quomodolibet incaute
defecerim. ſcuto iniūcte mihi obedien
tie meā operiens ignorantiā. veſtre pru
denti correctioni humiliter me ſūmit
to/ eligens magis ab aliquibus nota
ri de imperitia. q; a veſtra paternitate
de inobedientia reprehendi

Verū vt lucidior prefate compi
latiōis pateat ꝓceſſus. Aug⁹.
Sciendū ē in p̄mis q̄ iſte liber apud
hebreos ꝓpter diuerſas cauſas trib⁹
modis intitulatur. videl; liber hym
noꝝ/ liber ſoliloquiorum/ et liber pſal
moꝝ. Jdeo enim intitulat̄ liber hym
noꝝ. quia totū iſtud opus ad laudem
~~dem~~ dei pertinet. Hymnus enī dicit̄
laus dei/ p̄mo heroico vel hexametro
lyrico carmine compoſita. Nico.
de lyra. Nam hymni iſti ſunt apud he
breos metrice conſcripti qđ in trāſla
tione ſeruari non potuit. Aug⁹. Li
ber ſoliloquiorū ideo intitulat̄. q: ꝓ
pheta humani generis reparationem
diuina inſpiratiōe tantū: et nō ꝑ ſom
nium vel ꝑ aliqua facta vt alij ꝓphete
preuidens. nō in publico vt alij ꝓphe
tabat: ſed ipſe in p̄mis de incarnatio
ne dn̄i futura ſecum gaudebat. poſt
ea ab alijs recitari faciebat. Caſſio.
Alij ꝓphe obſcure ꝑ quaſdā rerum
imagines aut ꝑ enigmata de xp̄o pro
phetauerūt. videl; ꝑ angelos ſicut lo
cuti ſunt Abrae vel Loth. Zacharie
vel Marie. Vel ꝑ viſiones: ſicut Jſa
ias Ezechiel/ ⁊ plures alij. Vel per
ſomnia: ſicut Salomō ⁊ Daniel. Vel

LANDES- UND STADT- BIBLIOTHEK DÜSSELDORF

Vnde hic liber nomen ſoꝛtiatur

per nubem ⁊ vocē de celo: vt Moy/
ſes. Dauid vero ſoli⁹ ſpūſſancti inſtin
ctu: ſine omni exteriori āminiculo fa/
ctoꝝ ⁊ doctoꝝ ſuam edidit ꝓphetiam
Aug⁹. Intitulatur etiā hic liber
pſalmoꝝ ideo. qꝛ ꝓpheta poſtq̄ diui/
na inſpiratione dn̄icam incarnationē
preuiderat. ⁊ humani generis repati/
onē crediderat: ſcriptā illā ꝓphetiam
modulabat̄ in pſalterio Hlo. Qđ
nomē accepit a quodā muſico inſtru
mento qđ hebraice nabluʒ: grece pſal
teriū. a greco pſallin. qđ eſt tangere:
latine organū dicit̄: videlʒ inſtrumen
tū decē habens cordas. qđ a ſupiori
reddit ſonum p tactū manuū. Ab illo
aūt inſtrumento ad litterā noiat̄ ideo
liber iſte. qꝛ ad ſonū illi⁹ inſtrumenti
Dauid decantabat pſalmos ante ar/
cam ī tabernaculo dn̄i Caſſio. In
pmo enim libro paralipomenō ca. xv.
legit̄. ꝙ cū ꝓpheta Dauid deuot⁹ do
mino etate ſenuiſſʒ: volens magnifi/
care cultū templi ad honorē dei: cum
arca de ſylo reduceret̄. elegit q̄ttuor
milia hominū ex populo iſrael q̄ pſal
mos q̄s ipſe ex domini inſpiratōe ꝓ
tulerit: organis: citharis: nablis: tym
panis: cymbalis: tubis: ꝓpria qꝫ voce
in magnā iocūditateʒ ſupne gratie p/
ſonarent. Quidaʒ coꝝ voce humana
pſallebāt. qdā in inſtrumentis muſi/
cis. ⁊ tertia pars cōis de vtriſqꝫ par/
tibus ſic aptabat̄. vt vox hoīs cuʒ in
ſtrumētis predictis ꝯſona modulati/
one ꝯcordaret. Aug⁹. Ex ſupradi
ctis vero q̄ttuor milib⁹ centūq̄nq̄/
ginta elegit pncipes qui antecedētes
alijs preeſſent: Quib⁹ oīb⁹ alios q̄ttu
or prefecit. ſcʒ Ethan Eman Aſaph
Idithū. Ipſe quoqꝫ in pſalterio mo
dulans in tabernaculo ad diuinū cul
tū ceteros inuitabat. Et queadmodū
ſingule modulatiōes illius inſtrumē
ti vocabant̄ pſalmi. ita et ſingule iſti⁹
libri particule et clauſule pſalmi dicū
tur ¶ Iuxta quoqꝫ ſpūalē intelligen
tiā bene ab illo inſtrumento nomen
ſortit̄. quia ſicut illud inſtrumentū eſt
decacordum id eſt deceʒ habens cor/
das. ita liber iſte docet obſeruantiam
decem mandatorum. Et ſicut illud i/
ſtrumentum reddit ſonum a ſupiori
per manuū tactum. ſic iſte liber docʒ
bene operari non ꝓ terrenis: ſed pro
celeſtibus que ſurſum ſunt Nico.
Deinde ſciendum eſt ꝙ licʒ Aug⁹. ⁊
Caſſiodorus aſſerāt omnes pſalmos
a Dauid compoſitos. Hieronymus
vero Hilari⁹ alijqꝫ doctores vt Chry
ſoſtomus in prefatione ſup pſalmum
q̄nquageſimū. dicunt alios ſcripſiſſe
aliquos pſalmos vt Moyſen Salo/
monem: filios chore Aſaph Ethan
et Eman ac Idithum: de quibus in
titulis pſalmorum aliqn̄ fit mentio.
Pſalmi tn̄ facti a dauid et alijs col/
lecti fuerūt. ⁊ in vno libro congrega/
ti. qui dicitur liber pſalmoꝝ. et hoc p
Eſdram ſcribaʒ et prophetam: vel p
alium prophetam ſanctum quicunqꝫ
fuerit: vt dicit Hieronym⁹ in ꝓlogo
ſuper librum iſtum. qui in modernis
biblijs cōmuniter nō habetur. Tene
tur tamen cōmuniter a doctorib⁹ no/
ſtris ꝙ Eſdras qui legem combuſtā
a babylonijs inſtinctu ſpiritusſancti
reparauit. eodē ſpiritu reuelante pſal
mos a diuerſis factos in hoc vo/
lumen congregauit: ⁊ eis titulos im/
poſuit. qui ſunt quaſi claues pſalmo/
rum per quos intelligentia pſalmorū
clareſcit: de quibus ſingulis ſuis lo/
cis infra plenius dicetur. Et licʒ Eſ/
dras pſalmos vt dictuʒ eſt collegerit.
tamen non dicitur auctor ſeu cauſa ef
ciens inſtrumentalis huius libri: ſʒ
magis ipſe dauid qui maiorem parteʒ
pſalmorum fecit. Totum enim a ma/
iori parte nominatur ¶ Hec autē cā

efficiens duplex eſt. ſcȝ principalis: ⁊ inſtrumentalis. Principalis autem eſt ipſe deus qui reuelauit myſteria in hoc libro deſcripta. Inſtrumentalis autem eſt ipſe dauid. cui contenta in hoc libro fuerunt reuelata ⁊ ab eo ſcripta. Nam ad actum prophetandi concurrũt duo. ſcȝ deꝰ tanꝗ̃ cauſa pncipalis mentẽ prophete tangens ſeu eleuans ad cognitionem ſupnaturalẽ. et tanꝗ̃ cauſa inſtrumentalis: mens ſcȝ prophete hoc modo tacta ſeu illuminata: Oportȝ enĩ ꝙ ſimul ſint mouens actu: ⁊ res mota. Propter qđ dominus dicit Numeri xij. Si quis inter vos propheta domini fuerit in viſione apparebo ei: aut ꝑ ſomnuȝ loquar. In quo verbo tanguntur duo modi prophetie proprie dicte ad q̃s omnes alij reducũtur. vnus eſt in vigilia: qui notatur cum dicitur. In viſione apparebo ei ſcȝ in vigilia: veritatem ſupnaturalem ei oſtendens. Aliꝰ eſt in ſomno: qui notatur cum dicit. Aut per ſomnum loquar: videlȝ occulta ſibi reuelans ¶ Cauſa vero materialis huius libri ſeu ſubiectiua: aut intentio auctoris eſt totus chriſtus per modum diuine laudis. Intendit enim auctor homines in Adaȝ deformatos chriſto nouo homini conformare. vt beatitudinem in primo parẽte amiſſam in ſe ſtudeant reformare. A doctoribus conuenienter dicitur. ꝙ hic liber continet totam ſacrã ſcripturã per modum laudis diuine. propter quod dicitur liber pſalmoruȝ. id eſt laudum diuinarum. De cuius magnitudine poteſt dici illud Exod. iij. Uadam ⁊ videbo hanc viſionem magnam: qđ eſt verbum Moyſi qui interpretatur extractus de aquis. quia nullus eſt aptus ad conſideratioñeȝ veritatis in hoc libro cõtente: niſi fuerit extractus ab aquis voluptatum preſentis vite. Unde dicitur Iſaie xxviij. Quem intelliget facies audi tum: ſcȝ dominus? Et reſpondet ꝓpheta: ablactatos a lacte. auulſos ab vberibus: id eſt a corporis voluptatibus ¶ Cauſa vero formalis huius libri ꝯſiſtit in modo tractandi: et modus tractandi eſt modus agendi: qui in propoſito eſt modus d cum laudãdi. Quicquid enĩ in hoc libro continetur. hoc per modum diuine laudis ponitur. Laus vero diuina ẽ oratio ſeu ſpecies orationis. Oratio autem ſm Damaſcenum eſt aſcenſus mentis in deum Caſſi. Sed ſciendum ꝙ hic modus tractandi talis eſt. Quandoꝗ; agit de chriſto ſm caput: aliquãdo ſm corpus. aliquando ſm vtrunqȝ: De chriſto autem ſm caput agitur tribus modis: Quandoqȝ ſm humanitatem: vt ibi. Ego dormiui ⁊ ſomnuȝ cepi. Et aliquando per tranſſumptionem: vt quando vtitur voce mẽbrorum ſuorum videlicet hominum: vt ibi. Longe a ſalute mea verba delictorum meorum. Ipſe chriſtus delicta non habuit: ſed loquitur pro ſuis membris que non ſunt ſine delicto. Et ibi Deus tu ſcis inſipientiam meam ⁊c. Item de eccleſia agitur vel accipitur tribus modis. quia de ipſa intra tractatur aliquando ſm imperfectos. interdum ſm malos qui ſunt in eccleſia corpore: non mente: nomine: non numine ¶ Nico. ¶ Cauſa vero finalis huius libri conſiſtit in hoc ꝙ iſte liber compoſitus eſt ad vtilitateȝ noſtram. vt per doctrinam eius peruenìamus ad beatitudinem futurã. Un̄ Luce pmo dicitur. Erexit nobis cornu ſalutis: id eſt ſacram ſcripturaȝ efficacem ad conſequendam ſalutem in domo dauid pueri ſui: id eſt in libro pſalmorum. quia Dauid pro maiori parte fuit auctor iſtius libri. Domo

enim eo ꝙ eſt capax dei per cognitio
nem et amorem eſt ordinatus ad quē
dam finem ſupernaturalem: ſm illud
Iſaie lxiiij. Qd oculꝰ non vidit: nec
auris audiuit: ⁊ in cor hominis non
aſcendit que preparauit dominus di/
ligentibus ſe. Et quia ad finem tota/
liter incognitum nullus poteſt ſe di/
rigere. ideo neceſſarium fuit aliqua di
uinitus hominibus reuelari. per que
dirigerentur in finem ſupernaturalē.
Huiuſmodi autem eſt ſacra ſcriptura
diuinitus reuelata. propter quod de
ea dicit apoſtolus ad Romanos x.
Quecunqꝫ ſcripta ſunt. ad noſtraꝫ do
ctrinam ſcripta ſunt: vt per patien/
tiam et conſolationem ſcripturarum
ſpeꝫ habeamus. Que ſpes ē certa ex
pectatio future beatitudinis. Et qꝛ
iſte liber maxime tractat de moribus.
non incongrue parti philoſophie vi/
delicet ethice dicitur ſupponi. ¶ Ad
maiorem autem euidentiam dicendo
rum. ſciendum eſt ꝙ beatus Hierony
mus ter tranſtulit pſalterium. Pri/
mo ſm ſeptuaginta interpretes. quod
dicitur pſalterium romanum: eo ꝙ ec
cleſia beati petri illo vtitur. Secun/
do fecit aliam tranſlationem non mul
tum diſtantem a prima: et tamen ma/
gis appropinquantem hebraico. ⁊ vo
catur pſalteriū gallicanum: eo ꝙ Da
maſus papa ad rogatum Hieronymi
illud fecit decantari in eccleſijs galli/
canis. Propter quod dicitur in regu
la fratrum minorum. Clerici faciant
diuinum officium ſm ordinem Ro/
mane eccleſie excepto pſalterio. quia
fratres vtuntur pſalterio gallicano.
Tertio tranſtulit ad preces Sopho
nij qui frequenter diſputabat cum
iudeis. qui ſolum recipiunt illud
quod eſt ī hebreo. Et propterea fecit
tranſlationem immediate acceptā ab
hebreo. propter quod vocatur: pſal/
terium Hieronymi iuxta hebraicam
veritatem. Media autem tranſlatio ē
cōmunior inter latinos. Hugo. Di
ſtinguitur auteꝫ iſte liber per tres qn
quagenas ſm ſtatus chriſtiane religi
onis. Primus ſtatus eſt incipientiū.
qui ſpreta conuerſatione carnali eli/
gunt viuere ſm ſpiritum. Secundꝰ ē
proficientium: qui vadunt de virtute
in virtutem per boni operis exerci/
tationem. Tertius eſt peruenientiuꝫ
ſeu perfectorum: qui tranſeunt de acti
one ad contemplationem. de mundo
ad celum per diuine legis meditatio/
nem. Hec eſt triplex dieta de qua di/
cit Moyſes Exodi v. Deus hebreo/
rum vocauit nos vt eamus viam tri
um dierum in ſolitudinem. Primus
ſtatꝰ eſt ī penitentia: cui applicatur pⁱ/
ma quinquagena pſalmorum: que ter
minatur in penitentia per quartū pſal
mum penitentialem. ſcilicꝫ Miſerere
mei deus ſm magnam miſericordiam
tuam. Secundus ſtatus eſt in iuſti/
cia. ⁊ huic conuenit ſecunda quinq̄/
gena que terminatur in pſalmo rigo/
ris ⁊ iuſticie videlꝫ. Miſericordiam ⁊
iudicium cantabo tibi domine. Ter/
tius ſtatꝰ ē in laude vite eterne: cui
competit tertia quinquagena: que fi/
nitur in laudem ſpiritualem. videlicꝫ
omnis ſpiritus laudet dñm. Augꝰ.
in fine tractatus ſuper pſalteriū. Non
enim fruſtra mihi videtur quinqua/
geſimus eſſe de penitentia. centeſimꝰ
de miſericordia et iudicio. centeſimꝰ
qnquageſimꝰ de laude dei in ſanctis
eius. Hoc mō ad eternaꝫ beatāqꝫ ten
dimꝰ vitā: primitus pctā noſtra dam
nando: deinde bene viuendo. vt poſt
cōdemnatā vitā malam. geſtaqꝫ bona.
mereamur eternam. Secūdum ꝓpoſi
tū eni iuſticie occultiſſime bonitatis
qꝫ ſue deus quos predeſtinauit illos
vocauit. ⁊ quos vocauit illos ⁊ iuſti

ficauit: quos autem iuſtificauit ipſos
et glorificauit. Predeſtinatio noſtra
non in nobis facta eſt: ſed in occulto
apud ipſum in eius preſentia. Tria
vero reliqua in nobis fiūt: ſcilicꝫ vo-
catio: iuſtificatio: et glorificatio. Uo-
camur predicatione penitentie. Sic
enim cepit dominꝰ euāgelizare. Agi-
te penitentiam. appropinquabit enim
regnum celorꝫ: Uocati renunciamꝰ
diabolo per penitentiam ne ſub iugo
eius remaneamus. Juſtificati ſana-
mur per miſericordiam ne iudiciꝫ ti-
meamus. Glorificati tranſimus in vi-
tam eternam: vbi dominum ſine fine
laudamꝰ Hugo Sicq̄ꝫ in hoc pſal
morum libro: omne genus hominum
paſcitur et docetur: atq̄ꝫ de preſentis
ſeculi miſerijs ad eterne felicitatis a-
menitatem reuocatur. Remigiꝰ
Notandum vero hanc ſcripturā plꝰ
ceteris in eccleſiaſticis frequētari of-
ficijs: quod ideo fit. quia in hoc libro
eſt conſummatio totiꝰ theologice pa
gine. Hic enim deſcribuntur premia
bonorum: ſupplicia malorum: rudimē
ta incipientium: progreſſus proficien
tium: perfectio peruenientium: vita
actiuorum: contemplatiuorum ſpecu-
latio. Hic etiam docetur quid pec-
catum auferat: quid penitentia reſtitu
at: quid penitēs peccati conſcius di-
cat: ſcilicet. Domine ne in furore tuo
arguas me: neq̄ꝫ in ira tua corripias
me ⁊c̄. Et alibi. Miſerere mei deꝰ ſm
magnam miſericordiam tuam. Et q̄d
per penitentiam aſſequamur ſubiun-
git. Docebo iniquos vias tuas ⁊c̄.
Per quod oſtēditur nulli quātuncū
q̄ꝫ delinquenti de venia ac miſericor-
dia dei fore diffidendum aſſumpta pe-
nitendi humilitate. Cum enim cerni-
mus Dauid homicidam ⁊ adulterꝫ
per penitentiam factum doctorē pſal
morum atq̄ꝫ prophetam nulli peniten

tiam agenti locus diffidentie relinqui
tur: ſicut et de Pauli conuerſione:
eius q̄ꝫ in apoſtolatū promotione de
dei miſericordia plene certificamur:
Unde et epiſtolis eius plus q̄ꝫ alio-
rum ſicut ⁊ prophetia Dauid eccleſia
in officijs vtitur Collector His
viſis ne prolixior narratio faſtidium
generet lectori: ad expoſitionem pri-
mi pſalmi feſtino Nico. Primi di
co: ſm q̄ habetur actuum xiij. vbi di
citur ſicut ſcriptum eſt in pſalmo ſe-
cundo. Filius meus es tu: ego hodie
genui te. Qui non poſſet vere dici ſe-
cundus: niſi iſte eſſet primus. Et me-
rito inter pſalmos computatur. quia
Eſdras ſpiritum propheticum habu
it qui dicitur hūc pſalmum tanq̄ꝫ eiꝰ
prologum in collectione pſalmorum
feciſſe: et huic libro per modum prefa
tiōis et abſq̄ꝫ titulo ꝑpoſuiſſe Col.
Nunc vero quoniam adhuc lacte nu
triri indigeo: inſcium profecto me fa-
teor ⁊ indignum ad tante profundi-
tatis myſteria digne rimanda. que a
ſummis ſeruantur doctoribus reſerā
da perfectis qui ſolido cibo paſcunt.
Jdcirco proprie infirmitatis nō im-
memor humili acceſſu pro alicuiꝰ mo
deratione intellectus tantorꝫ myſte
riorum mendicus hoſtiū pulſo amici-
qui in fractione panis a diſcipulis du
obus eſt cognitꝰ: ſuppliciter depoſcēs.
vt panem dauidicum mihi ſic frange-
re dignetur. quatenus eiuſdem panis
ſobrio ſaltem ſapore refectus. fidelibꝰ
adhuc lactentibus quantulancunq̄ꝫ
refectionem exinde ſalubrem valeam
miniſtrare. ad gloriam et honorꝫ ipi
us domini noſtri Jeſu chriſti cui eſt
honor et gloria in ſecula ſeculorum
Amen